

xandro, Baëtius de mope bebitoro, cap. 8. n. 1. fol. 69. & superiorem resolutione ut certam supponunt omnes Authores supra citati, qui in casu dicti. l. bene à Zenone, & dicti. l. omnes, loquentes, Minori concedunt restitutionem communiter, alias enim necessaria non esset restitutio, si ea dispositione non includerentur Minores, & non eundo per alias ambages, ex omnibus à me hucusque prælectis, sic specificè advertit solus Gregorius Lopez in dicti. l. 53. tit. 5. partita 5. verbo, cosa agena in principio, ibi: Et quid si res sit Minoris, dic quod adhuc habebit locum hujus legis dispositio. Et dicit ita tenuisse Jacob. Butrig. Bald. Salicet. & Paul. de Cast. in l. finali, C. si adversus fiscum, reprobatà Glossa ibi, quæ voluit contrarium, & iterum in eadem Glossa ad medium, ibi: Et tamen, ut dixi, in Minorum rebus habere locum ista jura.

14 Secundo constituo, quod leges illæ, tametsi Minores, & res eorum comprehendant, non tamen denegant illis in integrum restitutionis remedium, quod ex serie ipsarum manifestè colligitur; idcirco Minores in casu præfenti restituendos esse, adversus decisionem dictarum legum, restituisse tradiderunt Doctores communiter, ut constat ex superius relatis, & probatur ratione generali, & certa, quod restitutio in integrum Minori læso regulariter competit, nisi aliqua lege reperiatur expressè prohibita per textum in l. nec non, §. quoties, ff. ex quibus causis majores. Decius in cons. 559. ad finem, Craveta in cons. 210. n. 37. Afflicti de cas. 370. in principio, Menochius lib. 3. præsumpt. 82. Girona de Gabellis, 3. p. n. 27. fol. 59. & 4. part. §. 2. n. 37. fol. 89. & adeo favorabilis est, ut nec tollatur per verba generalia legis, vel 16 statuti. Tiraq. referens multos de retractu lignagier, §. 34. 17 glos. 4. n. 32. nec per generalem exclusionem alicujus legis, Glossa in l. postquam liti, C. de pactis, & in l. 1. C. de silentiariis, lib. 10. quæ communiter approbantur secundum Jafonem in l. 1. n. 10. ff. de jurisdictione omnium judicum, Rebuffum, ad regias constitutiones Gallie, titulo de restitutione, art. 2. glos. 4. n. 23. Covar. practicarum, cap. 17. n. 4. Simon de Præc. de interpret. ultimar. volum. lib. 3. interpret. 1. dubit. §. solut. 4. n. 34. fol. 35. nisi per specialem nominationem, l. illud, §. finali, cum l. seq. ff. de minoribus, Boerius de cas. 140. sub num. 3. Beccius in cons. 12. ex num. 64. Alexander Raudensis de Analogis, 19 lib. 1. cap. 33. n. 141. fol. 318. & quamvis lex, vel statutum de quacumque persona loquatur, si de Minore specificè non loquitur, tunc Minori competit restitutio. Alexander in cons. 165. Dubitatur si statutum, vers. secus forte si de quocumque, lib. 6. Borgninus Cavalcanus de tutore & curatore, n. 97. & alios referens Alexander Raudensis dicti. cap. 33. num. 131. fol. 317.

20 Tertiò constituo, quod in dubio præcipuo proposito supra, Minorem restituendum esse contra dispositione dicti. l. bene à Zenone, ad rem ipsam etiam post quadriennium, firmavit apertè Glossa in l. finali, C. si adversus fiscum, quam ultra Jacobinum, ibi, n. 6. & alios antiquos recipisse videntur Petrus Dueñas dicti. regula 238. vers. Undecimo limita, & alii superius citati, qui ad sententiam Glossæ se remittunt, aut simpliciter, & absolute referunt eam: sed contrariam sententiam, Minorem, inquam, ad pretium tantum restituendum esse, etiam post quadriennium, & non ad rem ipsam tenuerunt expressè Jacobus Butrigarius in dicti. l. finali, Salicet etiam, Baldus, & Paulus n. 1. dum docent, quod emptor hodie per titulum C. de quadrienni præscriptione, statim est securus, & non potest ab eo res avocari, sed ille, qui erat dominus, potest agere contra fiscum ad recuperationem pretii, si erat Major; si autem erat Minor, quod Glossa dicit, quod usque ad quadriennium potest recuperare rem, sed Doctores tenent contrarium, quod ad rem non datur regressus, nec intra quadriennium, nec post, sed bene potest agere contra fiscum, etiam post quadriennium, & in hoc differt à Majori: idem etiam probavit Joan. de Plat. in l. penult. ad finem, C. de fide instrumentorum, 22 & jure hæcæ fiscalis, lib. 10. ubi scribit, quod si fiscus vel

Princeps vendit rem Minoris, non tanquam alienã, sed tanquã propriã ipsius fisci, emptor est securus, nunc ubi Major habet regressum in quadriennium ad pretium, habebit etiam similiter Minor post quadriennium ad pretium, non ad rem, & quod hoc est notandum secundum Jacobum Butrigarium in dicti. l. finali, C. si adversus fiscum, licet Glossa ibi, dicat ad rem, tenuit etiam Gregorius Lopez in dicti. l. 53. tit. 5. partita 5. verbo, cosa agena, in princ. in illis verbis: Bene tamen verum est, quod si Minor non peteret pretium à fisco infra quadriennium, possit elapso quadriennio, adhuc illud petere.

Et in Republica, quæ Minori æquiparatur, & jure 23 Minoris utitur, ut restituatur contra dispositionem dicti. l. bene à Zenone, & similium, expressim observavit Menochius dicti. cons. 2. n. 334. lib. 1. Jafon etiam, quem nullus retulit in cons. 227. col. 9. & 10. vol. 2. idem expressè firmavit, & in casu sibi consulto concludit, quod 24 Communitas quædam non debet gaudere beneficio restitutionis in integrum ad petendum pretium à Principe, quia à tempore perfectæ præscriptionis quadrienni, de quo in dicti. l. bene à Zenone, lapsum est aliud quadriennium, & ultra, infra quod restitutio in integrum postulari debuit, ex l. finali, Cod. de temporibus in integrum restitutionis petende, cap. 1. de in integrum restitutione, lib. 6. Ex quibus hæc opinio tenenda erit omnino, atque ex illa notandum tempus, intra quod à Minore, vel Republica restitutio in integrum postulari debet.

Deinde & secundo contituunt Doctores, dispositio- 25 nem dicti. l. bene à Zenone, & dicti. l. omnes, Cod. in quadrienni præscriptione, non procedere in præjudicium Ecclesiarum, siue in rebus earum à Principe seculari donatis, vel aliter alienatis; & consequenter ementem à Principe, aut ex donatione, aliove titulo rem Ecclesiæ accipientem, securum non esse, & ad rem ipsam consequendam jure posse Ecclesiam experiri, idque certa, & 26 communi ratione, quod lex secularis, siue constitutio, aut dispositio quæcumque, utilitati, aut libertati Ecclesiæ contraria, vel de Ecclesiis, earumque bonis disponens, nulla est ob defectum potestatis condentis, neque etiam etsi favorabilis sit, nisi ab Ecclesiâ probetur, vel nisi in vim privilegii lata sit, cap. que in Ecclesiarum, cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionibus, cap. bene quidem, cap. si Imperator, 96. distinctione, cap. ultimo, de rebus Ecclesiæ non alienandis, cap. quamquam, de censibus, lib. 6. cap. 3. de consuetudine, & plenissimè notarunt Doctores in dictis juribus. Berous in cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, n. 4. & mun. 22. Laelius Jordanus de majoribus Episcoporum in causis, cap. 8. & cap. 12. Lancelot. Conrad. in templo Judicum, lib. 2. cap. 5. §. 3. n. 37. Didacus Perez in l. 1. tit. 12. lib. ordinamenti. Decianus in cons. 90. n. 12. vol. 2. & in cons. 80. n. 6. vol. 3. Navarrus in cap. novit, de iudicis notabili 3. corollario 17. Sfortia Oddi in cons. 70. n. 33. lib. 1. Azevedius in l. 1. tit. 2. n. 10. lib. 5. novæ Recopilationis: quo dumtaxat fundamento dispositionem dictarum legum sic limitant Abbas num. 6. Barbacia, & Imola n. 3. Berous dicens, quod hæc opinio absque dubio procedit n. 20. in c. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, ubi Glossa dicit, quod 27 dicta lex bene à Zenone, non procedit secundum Canones, & in hunc sensum accepta rectè procedit. Idem etiam securè firmarunt Felinus in cap. que in Ecclesiis, n. 38. in 4. limitat. de constitutionibus, & cum multis Socinus regula 424. vers. Sexta limitatio, Dueñas dicti. regula 238. vers. Tertiò limita. Portius lib. 2. d. regula 42. vers. Quintò limita. Antonius Gabriel commun. conclus. tit. de acquirend. possess. conclus. 2. n. 22. Guil. Bened. in cap. Rainuntius, de testamentis, dicti. verbo, & uxorem, nomine Adelaßiam, n. 383. Balbus de præscriptionibus, in 2. part. 5. part. princ. quest. 8. vers. Octavo limita. Laurentius de Pinu in cons. 91. n. 6. Joannes Vincentius Honded. in cons. 67. num. 28. vol. 1.

Extenditurque superior resolutio ad Clericos etiam, 28 ut scilicet dictarum legum dispositio non procedat contra Clericum, cujus res à Principe seculari donaretur, vel

vel aliter alienaretur, ut extendit Antonius Gabriel dicti. conclus. 2. num. 19. ubi refert Socinum in consil. 46. num. 14. & n. 25. vol. 4. sic dicentem. Et verè hæc pars concludenter confirmatur ex his, quæ scripserunt Doctores in dicti. cap. que in Ecclesiarum, & in dicti. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus, & in cap. finali de solutionibus. Berous in dicti. cap. 2. n. 4. de rebus Ecclesiæ non alienandis. Item ex eo quod Clerici sunt exempti de jure Divino à potestate seculari, etiam Principis secularis, ut tenent permulti, quos refert Covarruvias practicarum, cap. 31. n. 1. & 2. Navarrus in cap. novit, de iudicis, 3. notabili. n. 52. Rolandus à Valle in consil. 23. num. 18. lib. 2. Burfatus in cons. 397. num. 10. vol. 4. Cævallos, qui multos allegat ubi infra, & referens Menochiam, Joannem Gutierrez, & alios, Azevedius in l. 5. tit. 3. n. 6. lib. 1. novæ Recopilationis, licet Covarr. ubi supra, Rolandus etiam, & Joannes Garfia de nobilitate, glos. 9. n. 8. cap. 27. & infiniti alii congesti per Cenedum in collectan. 37. ad Decretum, n. 1. intelligant id procedere in his, quæ verè & propriè spiritualia sunt, in quibus exemptio Clericorum à potestate seculari de jure Divino est: in temporalibus autem, aut prophanis secus esse, quoniam in his eorundem exemptio tantum humano jure est introducta. Sed utcumque res sit, in proposito casu Clericos non comprehendi sub dispositione dictarum legum, nec illa ligari, negari non potest ex his, quæ Doctores tradiderunt communiter in dictis juribus. Covarruvias Practicarum, dicti. cap. 31. n. 3. vers. Quarta conclusio. Joannes Garfia ubi supra. Ferretus in cons. 167. num. 8. Berous in consil. 31. vol. 1. Sfortia Oddi in cons. 70. per totum, lib. 1. Joannes Botta in consil. 87. à num. 3. Joannes Vincentius Honded. in cons. 3. num. 39. & n. 30. lib. 1. Cævallos practice. commun. quest. 50. fol. 112. ubi multos refert in proposito dubio, an scilicet exemptio Clericorum sit de jure divino, vel de jure positivo. Pater Molina de just. & jur. tom. 1. disput. 31. per totum, ubi plene scribit, & per plures conclusiones explicat præfatum dubium, à quo scilicet jure, Clericorum exemptio procedat. Petrus Surdus in cons. 2. ex n. 14. atque ex num. 22. cum seqq. lib. 1. ubi multa adducit, quibus superior sententia comprobatur apertè, & in effectu ad hoc tendunt ea, quæ in comprobationem hujus partis expendit Socinus ubi supra, dicti. n. 14. & 25. qui rectè extendit prædictam doctrinam ad omnè piam causam, ut scilicet decisio d. l. bene à Zenone, nõ procedat in rebus piæ causæ à Principe seculari donatis alteri, vel aliter alienatis, ex communi & vulgata traditione Doctorum in mille locis repetita, piæ causæ favendum, multaq; in jure, in favorem piæ causæ introducta, ut plenissimè ostendunt Tiraquellus in tract. de privilegiis piæ causæ, per totum. Antonius Gabriel communium opinionum, lib. 7. tit. de piæ causæ, Menochia de successuum progressu, lib. 1. §. 3. n. 16. & 17. & n. 40. & 41. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 1. §. 2. per totum. Simon de Præc. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit. §. solut. 6. num. 9. fol. 82. & lib. 4. dubit. 1. à princ. fol. 405. Michael Grassus receptarum sententiarum §. legatum quest. 8. num. 4. Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 2. n. 62. & num. 85. & art. 3. n. 62. & n. 67. cum seqq. Pedrocha in cons. 5. ex n. 12. usque ad n. 22. latissimè Petrus Magdalenus de n. restitui in testamentis requisito, cap. 12. per totum, fol. 140. & vide 2. part. cap. 2. per totum, fol. 351. ubi plenissima manu, & cum multis exemplis ostendit, quæ dicatur piæ causa.

Nunc verò ampliatur superior resolutio, ut sicut in 33 damnium, à præjudicium Ecclesiarum non procedit dicti. lex, bene à Zenone, & dicti. l. omnes, dispositio; sic nec procedere debeat in earum favorem, aut commodum, quoties à Principe seculari res privati Ecclesiæ ipsi cederetur, vel aliter alienaretur; quod sequentibus rationibus fulciri posse, non incongruè videbitur prima facie intuenti. In primis, quia si Ecclesia dictarum legum decisionem in sui damnium admittere non vult, ratio

suadet, ut nec in sui favorem eam admittat: & consequenter, ut commodum non recipiat, si damnium sentire non vult, cap. qui sent. de regulis juris, lib. 6. l. secundum naturam, ff. de regulis juris, l. ultima, §. sed cum in secundas C. de furtis, l. id quod, ff. de periculo & commodo rei vendite, cap. generali, §. illos, de electione, lib. 6.

Nec est referendus, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat, l. unica, ff. pro secundo, in fine, C. de caducis tollendis, cap. cum non deceat, de electione, lib. 6. Et Ecclesiæ, quæ vult uti statutus, aut legibus Laicorum oportet quod servet formam ipsorum. Baldus in l. 4. C. ad legem falsariam, & in l. ult. C. de contrahenda emptione. Anguissol. in cons. 24. n. 57. Petrus Surdus in consil. 2. n. 13. vers. Postremò hanc sententiam, lib. 1. alias non servaret æqualitatem, quam servare tenetur, juxta ea, quæ habentur in l. finali: C. de fructibus & litium expensis; & plenè adnotatur per Nevizan. in cons. 39.

Secundo facit, quod d. l. bene à Zenone, decisio per dura est, & maximum rigorem continet, atque specialitatem etiam contra juris communis regulas: ut dominus absque facto suo, dominio rei suæ priveretur, l. id quod, ff. de regulis juris. Rodericus Suarez allegat. 11. vers. nihilominus. Joannes Vincentius Honded. in consil. 38. n. 51. lib. 2. optimè Berous in cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, n. 21. cum autem Ecclesiæ maxime conveniat æquitatem observare, c. dilecti, de iudicis, ubi Doctores communiter. Jafon in l. jurif. gentium, §. sed cum nulla, n. 4. ff. de pactis Menochius in cons. 322. n. 52. lib. 4. Videbatur equidem, non licere eidem dictæ legis dispositione uti, præsertim cum ipsius conditio non fiat deterior, argumento eorum, quæ in simili tradit Butrig. in cons. 34. impieq; videtur agere Ecclesiâ, si summo jure utatur, ubi æquitas repugnat. Caltrensis in authent. qui rem, C. de sacrosanctis Ecclesiis Sfortia Oddi in cons. 41. n. 87. Nec debet ipsa admittere lucrum cum aliqua iniquitate, ut in terminis nostris considerant plures relati per Antonium Gabrielem in suis conclus. in tit. de acquir. poss. conclusio 2. n. 20. Portium d. regula 42. vers. Sexto limita; nec cum aliena jactura locupletari, contra l. nam hoc natura, ff. de conditione indebiti, ut in simili casu contra Ecclesiam observat, & alios multos refert Hippolyt. Rimin. in cons. 49. n. 6. & in cons. 517. n. 51. vol. 5.

Tertiò facit, quod Ecclesia est auctrix, & cultrix justitiæ, nec se, vel alium pro se pati injustitiam, aut aliquid contra rationem fieri permittere debet, ut dicitur in cap. 1. §. sed diversis, de alienatione feudis, in usibus feudorum, & per Ancharanum in cons. 217. n. 3. Simon de Præc. in cons. 109. ad finem, & in cons. 201. n. 25. Burfatus in cons. 306. n. 40. lib. 4. Hippolyt. Rimin. in cons. 358. n. 260. usque ad n. 270. vol. 4. quo loco is Author singulariter limitat, & declarat vulgatam Doctorum traditionem ex l. sunt persona, ff. de religiosis, & sumptibus funerum, desumptam, piæ causæ favendæ, aut in dubio judicandæ pro illa, sed in justitia videtur, ut quis absque justa causa, dominio rei suæ priveretur, ut in terminis nostris considerat Roderic. Suarez d. alleg. 11. ante finem; ergo Ecclesia nequaquam admittere debet pro se dispositionem dictarum legum.

Tandem & ultimò, non medioeriter urget, summam æquitatem exigere, ut quod quisque juris in alium statuerit, ipse eodem jure utatur, ex l. 1. & per totum titul. ff. quod quisque juris: & quod in alterius persona observari voluerit, id in sua fieri patiat, c. primo, distinctione prima, idque magis Ecclesiam, quam alium adstringit, ut per Hostiensem, Imolam, & Abbatem in capite primo, de emptione & venditione. Tiraquellum de retractu lignagier, §. primo glossa 13. n. 6. & hoc argumento utitur in terminis hujus questionis Guil. Bened. in dicto capite, Rainuntius, de testamentis, verbo, & uxorem, nomine Adelaßiam, n. 383. ubi hanc partem, scilicet tex. in dicta lege, bene à Zenone, in favorem Ecclesiarum locum non habere, magis amplectitur, & refert Glossam ita tenentem in c. quicumque, verbo, consensu, 12. vel

quæst. 2. Sequuntur eandem sententiam Alexander, Jason, Salicetus Felinus, Balbus, Afflictus, & Parisius, quos retulit Antonius Gabriel dict. conclus. 2. num. 20. Portius lib. 2. regula 42. vers. Sexto limita. Imola in cap. 2. de rebus Ecclesie non alienandis. Gregorius Lopez in l. 53. tit. 5. partita 5. in verbo, cosa agena, in princ. ibi Et idem, si res aliena donaretur Ecclesie, ut in cap. placuit, el. 1. Et ibi Glos. 16. quæst. 3. Et videtur in eam magis inclinare Rodericus Suarez dict. allegatione 11. in fine, versiculo, Inde est.

48 Sed contrariam sententiam, imò decisionem dicta legis, bene à Zenone, in favorem Ecclesiarum locum habere, quando res privati ipsi Ecclesie concederetur à Principe, vel alio modo alienaretur, Ecclesiamque in tali casu statim securam esse, & domino rei venditæ, vel donatæ dumtaxat dari recursum contra Principem, longè quidem veriore. & omninò amplectendam crediderim: ad quod dicendum & autoritate, & jure, atque ratione movere; autoritate in primis Abbatis in cap. 2. de rebus Ecclesie non alienandis, n. 6. quo loco aperte docuit Abbas, quòd licet decisio dict. l. bene à Zenone, & similia, non procedat in præjudicium Ecclesiarum, secus tamen esse in ejus favorem, & antea dixerat; quòd si Imperator donavit rem alienam Ecclesie, vel aliquis Rex, qui habet jura Imperatoris, tenet talis donatio, licet possit agi contra fisco ad estimationem: apertius Barbacia ibidem, num. 3. ubi dicit ponderandum esse, quòd textus in dict. l. bene à Zenone, loquitur in rebus donatis sacrosanctis Ecclesiis; & sic, in quantum lex illa favet Ecclesiis, est approbata per jus canonicum, & inde infert, quòd malè dixerunt Glossæ, quòd si Ecclesia non acceptavit contra se, ergo non debuit acceptare pro se; & reddit veram rationem, ut statim dicitur, Berous etiam expressè in eodem cap. 2. de rebus Ecclesie non alienandis, qui late, & erudite loquitur in hac materia, & optime comprobant sententiam Abbatis, ex num. 21. usque ad n. 26. qui etiam advertit, quòd dicta l. bene à Zenone providet, quòd donatarius à domino rei conveniri non possit, sed statim tutus sit, & efficiatur dominus rei sibi à Principe donatæ, & quoad hunc casum expressè loquitur non solum de subditis suis, sed etiam de Ecclesiis, aut aliis piis locis, quibus Princeps donasset, & secundò hæc vides aperte, negari non posse, quin contrariæ opinionis Authores loquuti sint contra casum, & decisionem dict. l. bene à Zenone: deinde ipse Berous ex n. 22. erudite fundat decisionem dict. l. bene à Zenone, in favorem Ecclesiarum, etiam de jure canonico observandam; & tandem ex n. 24. plenè respondet ad textum in cap. placuit 16. quæst. 3. qui induci solet pro contraria parte, eo quòd dicit, quòd si Princeps donaverit Ecclesie privilegia, aut res aliquas, ipsa non dicitur tuta; nisi post 30. annos, quibus dictas res prescripserit, & loquitur ille textus, quando rem alienam donasset, alioquin prescriptioni locus non esset, argumento l. clavibus, ff. de contrabenda emptione. Sed, ut dixi, plenè satisfacit ipsemet Author, ut ibi videri poterit, & superiorem sententiam tenuerunt itidem, ipse Barbacia in conf. 27. col. 2. vol. 4. Lancelotus Decius in l. si heres absens, n. 18.

49 ff. de iudiciis, quæ & jure, & ratione etià fundatur. Et in primis, quoniã Ecclesia non est deterioris conditionis, quàm privatus; imò melioris esse debet, utpote, cum in jure multa concedantur eidem, quæ denegantur privato, ut constat ex his, quæ scripserunt Tiraquellus de privilegiis pia causa, privilegio 61. Pedrocha in consil. 6. n. 17. & seqq. Joannes Vincentius Honded. in conf. 64. n. 58. & num. 66. Quare igitur Ecclesie denegabitur id, quòd in dict. l. omnes, & in dicta l. partita, privato cuiunque conceditur, ac etiam sacrosanctis Ecclesiis, & locis, in dict. l. bene à Zenone, ut superius dixi. Secundò facit, quia, ut supra dicebam, lex sæcularis Ecclesie favorabilis, aut in vim privilegii lata, ab initio valida est; præjudicialis autem minimè valet, per textum in cap. 1. de consuetudine, ubi juxta veriore interpretationem, consuetudo à principio valida, cum primò

50 ff. de iudiciis, quæ & jure, & ratione etià fundatur. Et in primis, quoniã Ecclesia non est deterioris conditionis, quàm privatus; imò melioris esse debet, utpote, cum in jure multa concedantur eidem, quæ denegantur privato, ut constat ex his, quæ scripserunt Tiraquellus de privilegiis pia causa, privilegio 61. Pedrocha in consil. 6. n. 17. & seqq. Joannes Vincentius Honded. in conf. 64. n. 58. & num. 66. Quare igitur Ecclesie denegabitur id, quòd in dict. l. omnes, & in dicta l. partita, privato cuiunque conceditur, ac etiam sacrosanctis Ecclesiis, & locis, in dict. l. bene à Zenone, ut superius dixi. Secundò facit, quia, ut supra dicebam, lex sæcularis Ecclesie favorabilis, aut in vim privilegii lata, ab initio valida est; præjudicialis autem minimè valet, per textum in cap. 1. de consuetudine, ubi juxta veriore interpretationem, consuetudo à principio valida, cum primò

Ecclesie præjudicialis esse coepit, irritatur, quamvis contra Laicos conservetur, ut constat ex integra Decretali illius textus, quam restituit Antonius Augustinus in scholiis, ad illum textum, in prima collectione, & probavit Joannes Botta in conf. 87. ex n. 2. Unde Ecclesia potest uti lege pro se, & eam non recipere contra se. Barbacia n. 3. & Berous num. 22. in dict. c. 2. de rebus Ecclesie non alienandis, idque speciali jure procedit, ut optime, & latius probat Petrus Surdus in c. 2. n. 37. libro primo. Et inde est, quòd frequenter lex Pontificia allegat legem civilem pro se; quam non admitteret contra se cap. leg. 10. distinctione, & tradit Glossa in c. novit, in verba, quicumque, de iudiciis, ubi Innocentius, & Abbas, & ibidem Decius num. 28. Nam cum Ecclesia non sit subdita disponenti, nihil impedit, quòd possit, si velit, se juvare aliqua dispositione, sed ea non ligetur, ut eleganter advertit Surdus d. conf. 2. num. 38. & 39. Nec in hoc, quòd utatur pro se dispositione alicujus legis ex privilegio sibi concessio, iniquitas alicujus, aut inæqualitas considerari debet, cum jure id faciat, ex superius relatis, & Felino in capit. sanctorum, de prescriptionibus, in principio, ubi dicit, quòd regula illa, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, non procedit, ubi Ecclesia utitur jure suo, defendendo se privilegio à jure sibi concessio contra alium non sic privilegiatum: ex quibus cessare debet primum, secundum, & tertium argumentum; item ex eo, quòd regula dicti capit. qui sentit, de regulis juris, in 6. fallit interdum ratione contractus, aut personæ, aut causæ, aut speciali dispositione legis, ut Glossa ibidem adnotavit in principio, versiculo, Et nota, quæ communiter approbatur, & in terminis nostris omninò cessare debet in Ecclesia propter specialem rationem, aut dispositionem juris, quæ in hoc multum favet Ecclesie, ex dictis per Surdum ubi supra, & Berous in capit. secundo, de rebus Ecclesie non alienandis, num. 21. & 22.

51 Præterea, regula dicti capit. qui sentit, obtinere debet in his, quæ proveniunt ex ipsius actus natura, non verò in his, quæ ex accidenti contingunt: idcirco possquam Ecclesia emerit rem alienam à Principe, vel alio titulo eam acceperit, quia ex dispositione dicta l. bene à Zenone, honorè percipit, & commodum; & onera etià rei emptæ, aut donatæ conjuncta patietur, ex his, quæ resolvunt Glossa, & Doctores in Clementina prima, per illum textum, de censibus. Innocentius in c. verum, de foro competentis. Hostiensis in titulo, de immunitate Ecclesiarum, num. 3. versiculo, ad ordinaria verò, Ruinus in conf. 111. n. 12. vol. 5. Abbas in conf. 30. ex n. 1. lib. 2. Ancharanus in conf. 386. n. 1. in fine. Berous in conf. 150. n. 20. & sequentibus. vol. 3. Gigas de personibus, q. 39. n. 5. Beccius in conf. 24. n. 28. & ii Authores inter alia, quæ mirè conveniunt proposito, ex communi sententia tradiderunt, quòd Ecclesia, ad quam res onerata censuum obnoxia, aut alio modo onerata pervenit, ipsos census solvere, onerataque adimplere tenetur, ut etià cum aliis probavit Jacob. Mandel. de Alba in conf. 8. num. 2. Joan. Gutierrez præf. lib. 2. quæst. 4. num. 2. & quæst. 132. num. 9.

52 Tertiò facit, quia in proposita specie considerari non potest injustitia ex parte Ecclesie accipientis rem alienam à Principe quocumque titulo, tamen si dominus dominio rei suæ privetur, propterea quòd utitur Ecclesia jure communi cæteris omnibus concessio, & domino datur recursum ad pretium contra Principem, aut fisco, ex dispositione dictarum legum intra quadriennium: item etiam, quia ut procedat: necessarium est, quòd Princeps alienans, vel aliter concedens, ignoranter concedat, atque in bona fide sit, existimans, rem, quam vendit, aut donat Ecclesie, ad se pertinere, & non ad alia: quod cum infinitis aliis advertunt Antonius Gabriel commun. lib. 5. tit. de acquirend. possess. conclus. 2. n. 14. & n. 16. Dueñas regula 238. vers. limita. 1. Portius, Balbus, Cephalus, Malvassio, Menochius, Joannes de Monte Sperello, Joannes Vincentius Honded. & ferè omnes

omnes in initio hujus capituli præcitati. Tiraquellus in tractatu, res inter alios acta, pagina 28. in principio, & vide omninò Beroun in dicto cap. 2. de rebus Ecclesie non alienandis, num. 27. & num. 31. Gregorium Lopez in d. l. 53. tit. 5. part. 5. verbo el Rey, ubi tractant, quid si Princeps scienter rem alienam concedat: unde in Ecclesia à Principe recipiente, nulla injustitia considerari potest, quia recipit rem tanquam Principis, & non alterius.

51 Quartò & ultimò facit, quia quartum argumentum contra Ecclesiam desumptum ex titulo ff. quod quisque juris, quoad Ecclesias in proposita specie obtinere non potest, idque ex superius dictis, & notatis Petro Surdo in conf. 2. num. 35. & 36. Ex quibus deprehenditur, in

52 Ecclesiis diversam rationem militare, eo præcipuè, quòd titulus, quod quisque juris, solum habet locum, quando illud, quòd contra se recusat quis recipere, fuit ad suam postulationem concessum, aliàs si non fuit eo instante concessam, sed proprio motu potest quidem eo se juvare, sed non tenetur contra se admittere, ut est textus in leg. si quis §. 1. ff. quod quisque juris, & ibi notatur per Alexandrum, post Glossam, & Bartolum; Glossa etiam in cap. 2. de mutuis petitionibus, ubi Abbas num. 7. eleganter Surdus in conf. 2. num. 36. lib. 1. & ultra relatos ab eo, Barbacia n. 3. & Berous n. 93. in cap. 2. de rebus Ecclesie non alienandis, qui rectè advertunt, dispositionem d. l. bene à Zenone, ejusque privilegium motu proprio Principis, & non ad petitionem alicujus, præsertim Ecclesie emanasse: idq; suaderi, nam quando Princeps aliquod privilegium indulgit, statuendo jus generale, & sic per viam legis generalis, tunc privilegium illud non ad alicujus postulationem, sed motu proprio concessum esse præsumitur, ut est de mente Bartoli in authent. quas actiones, & ibi Glossa C. de sacrosanctis Ecclesiis, Felinus etiam in c. sanctorum, de prescriptionibus, ubi dubius est in reddenda ratione, quare scilicet quadragenaria prescriptio necessaria sit adversus Ecclesias, earumque res, sive prescriptio procedat à privato, sive ab altera Ecclesia: Ecclesiis autem contra alios, cur decem, aut viginti annorù prescriptio sufficiat, c. de quarta, c. sanctorum, de prescript. c. illud, c. ad aures, eodem tit. authent. quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesiis, l. 26. tit. 29. partita 3. & late tradunt Balbus de prescriptionibus, 5. parte princip. num. 1. & seqq. folio mihi 323. & seqq. Covarruv. in regula, possessor, de regulis juris, lib. 6. in relectione secunde partis, §. 2. n. 3. Burgos de Paz in conf. 42. n. 15. nec illis obstat ratio tituli ff. quod quisque juris, ut scilicet debeant Ecclesie eandem prescriptionem contra se admittere, quam contra alios jure obtinent; verum enim verò ex præcedentibus manifesta deducitur, & vera ratio, si animadvertamus, prædictum privilegium per viam legis generalis, & motu proprio non ad postulationem alicujus concessum fuisse, id est, non postulante Ecclesia, sed ex mera Principis, aut legislatoris liberalitate, ut declarant communiter Doctores in authent. quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesiis: ideo Ecclesia in prescriptione potest illo jure se juvare, nec tenetur contra se recipere, ex rationibus, & Authoribus superius præcitatis.

53 Item etiam quia titulus ille ff. quod quisque juris, & ratio textus in c. primo, prima distinctione, procedit inter similes personas, & eadem subsistente ratione: quæ omnia cessant in proposita casu; siquidem Ecclesia majori privilegio digna est, quàm privatus, ex traditis à Petro Surdo d. conf. 2. ex num. 37. & ratione l. sunt persone, in fine, ff. de religiosis & sumptibus funerum; quam multè exornavimus remissivè numeris præcedentibus. Diversa etiam est ratio quoad tempora prescriptionis, Ecclesie, & privati; fragiliorem enim habent defensionem res Ecclesie, quàm privati, ejus major est industria, cura, & sollicitudo in propria, quàm administratoris in rebus Ecclesie, esse possit, ut experientia docet: idcirco 40. anni adversus Ecclesiam requiruntur, & ipsa ordinario tempore prescribit contra privatos.

54 Tandem, & ultimò dubitarunt Doctores, utrùm de-

cisio d. leg. omnes, & dicta l. bene à Zenone, procedere debeat de jure canonico, aut in terris Ecclesie, etiam inter laicos; Et partem negativam procedere non debere, firmarunt Socinus junior in cons. 69. num. 60. lib. 1. Parisius in cons. 27. num. 88. lib. 1. Joannes Faber in §. ultimo in fine, de usucapionibus. Franciscus Marc. decisione 200. num. 12. parte secunda. Riminaldus junior in §. 1. n. 71. de donat. Portius lib. 2. regula 42. vers. limita etiam tenendo. Guil. Bened. in d. c. Rainuntius, verbo, & uxorem, nomine Adalasia, num. 384. Berous in conf. 83. ex num. 5. cum seqq. lib. 3. Menochius in conf. 2. num. 333. lib. 1. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quæst. 14. num. 147. qui moventur ad sic dicendum, autoritate Glossæ, & Cardinalis, in capite secundo de rebus Ecclesie non alienandis, ubi verè eorum opinio non probatur; solum enim Glossa, & Doctores per eos allegati dicunt, dispositionem l. bene à Zenone, non procedere secundum canones, nec aliter declarant, an inter Laicos, vel in bonis Ecclesie tantum id procedat; quòd non nocet, quia fatemur verum esse dispositionem leg. bene à Zenone, non habere locum secundum canones quoad bona Ecclesie, sive in præjudicium Ecclesiarum, quarum respectu, inter jus canonicum & civile constituitur differentia, sed in ea laicos dispositio illius legis necessariò observari debet, utpote cum rationes omnes pro Ecclesia superius adductæ, cessent in hac specie, nec ullum præjudicium fiat ipsi Ecclesie: idcirco obtinere debet juris traditio legem civilem, deficiente canonica, etiam in foro canonico observandam, per textum in cap. 1. & 2. cap. pastoralis, de causa possessionis & proprietatis, c. 1. de juramento calumnie, c. 2. de novi operis nunciacione, ubi Doctores communiter sic adnotarunt: Præpositus in c. consuetudo, prima distinct. Rochus de Curte in c. finali de consuetudine, n. 6. folio 50. Segura in l. coheredi, §. cum filia, n. 19. ff. de vulgari, & pup. substit. Palacios Rubios in rubrica de donat. inter, num. 2. Castillo in leg. 1. Tauri, vers. Primeramente. Cifuentes in leg. 3. Tauri, quæst. 1. Aviles. c. 19. Prætorum, glossa, guardor, num. 3. Didacus Perez in 3. quæst. proemiali, ad leges ordinamenti: quia etiam resolvunt deficiente jure Canonico, recurrendum esse ad jus civile, etiam in foro Ecclesiastico, ut dixi, nisi sit jus Regium; illud enim præcisè observari debet in hoc Regno, tanquam jus commune ejusdem Regni; idque etiam in foro Ecclesiastico, ut cum aliis tradit Joannes Gutierrez in conf. 12. num. 7. & sic hanc partem, inter Laicos, inquam, etiam in terris Ecclesie, & de jure canonico procedere leges illas tenuerunt Abbas, & Imola in dicto capite secundo, de rebus Ecclesie non alienandis. Felinus in c. que ni Ecclesiarum, de constitutionibus, num. 38. in 4. limitat. Balbus de prescriptionibus, in secunda particula 5. partis principalis, versiculo, Octavo limita, fol. 427. Beronus in conf. 56. n. 17. lib. 3. Anton. Gabriel commun. conclus. lib. 5. tit. de acquir. possess. conclus. 2. n. 22. Dueñas d. regula 238. versiculo, Tertio limita. Joannes Vincentius Honded. qui erudite & ingeniosè, ut aliolet, rem hanc declarat in conf. 67. n. 28. lib. 1. & in conf. 38. num. 65. lib. 2. Rota Avenion. in decis. 17. num. 2. Præcisè in conf. 114. num. 25. & sequentibus.

55 Ex his, & ultra omnes hucusque Scribentes, consideraveram sustineri non posse Laurentii de Pinu resolutionem in conf. 90. num. 9. cujus in hac materia nullus hactenus mentionem facit; is enim ad limitationem dicta l. bene à Zenone, & similia, constituit, decisionem earum legum non procedere in donatione, vel alienatione facta à Principe Ecclesiastico, sed dumtaxat in ea, quæ fit à Principe sæculari; & reddit rationem, quia sicuti Ecclesia non recipit illa jura contra se, ita nec pro se recipere potest; & inde firmat, quòd in casu sibi proposito inter Simonem, & Guillelmum, concessio Pontificis non præjudicat illis, in quo, ut vides, manifesto errore decipitur, & loquitur contra casum expressum dictarum legum: quid enim interest, quòd Ecclesia non teneatur recipere leges illas contra se, ad hoc, ut dispositio